

D. VINCENTII

F. V. S. A. R. T. I.

CLARISSIMI I. C.

BRIXIENSIS

CONSILLIORVM

SIVE RESPONSORVM

VTIMARVM VOLUNTATVM

Libri duo:

IN QUIBUS MVLTa IN IVRE INTER DOCTORES
controversia secundum receptas sententias & scholam
diligenter explicantur.

*Opus omnibus legalem scientiam profitentibus, praecipue in foro versantibus
utilissimum, ac noviter in lucem editum.*

CVM INDICE LOCORVM CITATORVM & GLOSSIS
notatu dignarum, quae in Opere continentur.



V. L. de Antonio

Scotto

Apud Car. de Lounes & Jacob. de Pierre.



Illustriss. ac Reuerendiss. D.

D. DESIDERIO SCALEÆ
S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

Felicianus Raymundus F. O.



ULLI dubium est, quod disserendo, & disputando, viris ratione præditis datum sit veritatem inuestigare. Hoc euenit, Illustriss. Domine, Philosophis illis, qui in conuiuio, & cœna Philippi Regis Macedonum, cupidi cibo reficiendi non solum corpus, sed etiam animum, tum pulchram, tum curiosam dissertationem, & altercationem proposuerunt. Quæ res reperiretur cæteris maior. Huic quæstioni satisfacere volens, & quidem sapienter, respondit Etna percelebris tunc temporis Philosophus, rem illam, de qua erat proposita disputatio, nil aliud esse, quàm aquam, ob immensam marium, fluminum, fontium, lacuum, stagnorum, puteorum, ac riualorum, quæ in hoc orbe videmus, & vbique locorum reperiuntur. Surrexit alius ad suam sententiam proferendam, & huic primo contradicendum: Ego, inquit, in ea sum sententia, omnium rerum maiorem esse montem Olympum, cuius cacumen super aërem extollitur, & ob cuius immensitatem, & altitudinem nostris oculis cernere possumus omnes huius orbis Montes, Valles, Vrbes, & denique omnia, quæ nostris aspectibus proponi possunt. Tertius quidam videns horum opinionem minime suo sensui arridere, maiorem omnium rerum existimo, ait, Magnum Gigantem Athlantem, cuius sepulchro depictus erat mons miræ immensitatis. Nec vlli tandem harum opinionum adhæsit Quartus, qui suam enunciando sententiam, dixit, rem omnium maiorem, & quæ cæteras omnes superabat, esse Magnum Homerum. Qui (vt ait Eloquentiæ Princeps in Oratione pro Archita) fuit ita celebris, dum vitam ageret, vt in morte ab omnibus illius tempestatis populis fuerit decertatum qui eorum deberent eius cineres, & ossa asseruare. Si hi celebres Philosophi in humanis agerent, vtiq; Dominationē tuam Illustr. cōmuni assensu profiterētur non solum omnium rerum maiorē, sed etiam omnibus maximam; nec immeritò id affirmarent, cū illa proculdubio contineat in se ipsa aquam sapientiæ, & prudentiæ, è qua tum suæ eloquentiæ proflu-



CONSILIORVM
SIVE RESPONSORVM
VLTIMARVM VOLVNTATVM
CLARISSIMI J. C.
D. VINCENTII FVSARII
BRIXIENSIS
LIBER PRIMVS.

SVMARIVM

- 1. Gravato si sine filio maritimo cum filio ex parte sub-
stituitur, licet filij postea decedant cum filijs in-
ta con. Old. 11.
- Amp. et si per nomen collectivum descendentes sint po-
siti in conditione num. 2.
- Limitatur quando vocati sunt masculi, num. 11. contra-
rium num. 11.
- Limitatur quando testator insit feminas dotari, num.
11. contra num. 11.
- Limitatur quando ad est prohibitio alienationis, num.
18. contra num. 17.
- 3. Per collectivam vocati dicuntur vocati per vulga-
rem, non per fideicommissariam.
- 4. Verba restrictiva impediunt, ne omni in unum
instituti dicatur repetitum a filiis in conditio-
ne positae, & num. seqq. qua sunt verba restri-
ctiva.
- 8. Reciproca fideicommissum ut inducatur tria
concurrere debent.
- 9. Reciproca non inducitur committitur, nisi sint ne-
cessaria.
- 10. Reciprocum fideicommissum an inducatur de li-
nea ad lineam quando plures, & eorum liberi
perpetui sunt vocati?
- 15. Reciprocum fideicommissum factum inter insituti-
os, extenditur ad eorum descendentes, licet non
sit dictum, contra num. 16. 17.
- 16. Prohibitio alienationis inducit fideicommissum
reciprocum inter prohibitos de linea ad lineam,
contra num. 26. & 27. ampliatum.
- 21. Prohibitio alienationis inducit fideicommissum
solum in casu alienationis.
- 22. Licentia alienandi inter prohibitos operatur, quod
fideicommissum solum in casum alienationis sit
inductum, & num. 15.
- 23. Ex fideicommissis resultantibus per prohibitionem
Vinc. Ful. Consil. Lib. I.

- succeditur de gradu in gradum, prout qui, quae
est proxima alienanti.
- 24. Licentia alienandi inter agnatos, vel descendentes
concessa, electio datur alienandi etiam in re-
motioribus.
- 27. Confessio gravati quod exes fideicommissum non
potest revocari contra, num. 28.
- 29. Confessio fideicommissa, quae habet relationem ad
testamentum, si est erronca, potest revocari.
- 30. Confessio fideicommissi facta in transactione non
prodest tertio, qui in transactione non interve-
nit.
- 31. Sententia lata quod exes fideicommissum, non
potest impugnari ab eo, qui sententiam obtinuit.
Limitatur, si non transiit in rem iudicatam, a. 32.
- 33. Sententia sicuti nocere non potest tertio, pariter
nec illi prodesse debet.

ARGVMENTVM

- Fideicommissum in unum institutis an
dicatur repetitum a filiis in conditione
positis?
- Reciprocum fideicommissum, an induca-
tur, & quando de linea ad lineam?
- Prohibitio alienationis, an inducat fidei-
commissum reciprocum?
- Prohibitio alienationis, quando inducat
fideicommissum solum in casum aliena-
tionis?
- Confessio fideicommissi, an tanquam er-
ronca revocari possit?
- Sententia lata pro fideicommissis, an possit
impugnari ab eo, ad cuius favorem lata
fuit.



CONSILIORVM
SIVE RESPONSORVM
VLTIMARVM VOLVNTATVM
CLARISSIMI J. C.
D. VINCENTII FVRSARII
BRIXIENSIS
LIBER SECVNDVS.



Ellegimus de Michaelis
proposito Veronica, Cæci-
lia, & Eugenia eius filia-
bus de dotibus instituit
hæredes DD. Ioannem,
Baptistam, & Franciscum
eius filios; quibus in hæc
verba substituit

*Con questa ero legge, &
condizione che in caso che uno, o più di detti suoi figliuoli,
& heredi mancassero senza figliuoli, & figliuole legittimi,
& naturali, che à detti figliuoli mancati succedano gli
sopravvenenti, ovvero gli figliuoli di que li.*

Euenit casus, quod primus hæredum mortuus est
Baptista relicta Caterina filia: ultimo loco obiit
Franciscus sine filiis, & filiabus: Caterina filia Bap-
tistæ ex prædictis substitutione præterditæ concurrere
ad portionem Francisci cum Ioanne patreuo.

S V M M A R I V M.

- 1 Filij si sunt substituti veniunt tam femina, quam masculi.
Limitatur quando testator exclusit proprias filias, vel alias feminas proximiores. num. 2.
- 2 Limitatur præter statuta excludit filias feminarum propter masculos non. Maximo si femina esset exclusa tam à successione grauati, quam grauanti non. 8. Et si solum est exclusa à grauanti successione non grauati, num. 9.
- 3 Limitatur quando discretiõe de masculis, & feminis facta est mentio. num. 10.
- 4 Substitutio declaratur ab institutione.
- 5 Affectus maior est erga nato, quam nascituro.
- 6 Testator presumitur se voluisse conformare cum dispositione hereditatis.
- Ampliatur, ut prius cum dispositione statuti, quam iuris communis. num. 7.

Vinc. Fuf. Consil. Lib. II.

ARGVMENTVM.

Vtrum filiorum appellatione in fideicommissis veniant feminae?

CONSILIVM CI.

Illuminatio à Domino.

Eneo in præsentibus consultatione, Ioannem admittendum esse ad hoc fideicommissum solum exclusa Caterina nepte ex Baptista fratre, nec enim receptissima sit opinio, quod quando filij sunt vocati ad fideicommissum, dispositio intelligatur tam de masculis, quam de feminis, *Meran. Gabr. consil. 97. num. 28. lib. 1. Barbat. consil. 1. numer. 21. Menoch. consil. 496. dabis tertio, & consilio 588. dabis tertio. lib. 4. presump. 84. Craspin. 5. fideicommissum, questio. 12. Mant. de consil. vit. volunt. lib. 8. tit. 7. Peregr. de fideicommiss. art. 25. numer. 43. Ant. à Gama decis. Lasto. 357. numer. 9. & seq. Rot. Roman. apud Farina. decis. 132. p. 4. in nouis. Nihilominus existimo, ex dispositis testatorem sensisse de solis masculis.*

Primò quia testator habens filios, & filias instituit filios, excluditque filias, & in substitutione altero filiorum decedente sine filiis, vel filiabus substituit sopravvenientes, vel eorum filios: quo casu ne videatur testatorem magis dilexisse Caterinam neptem ex filio, quam proprias filias, deservitur conjectura voluntatis testatoris, quod voluerit dispositiõe vocare solos filios hæredum institutorum, non autem & feminas: & hunc casum nostrum in terminis terminantibus sic resoluit Bald. in consilio 482. in causa testamenti Andreoli lib. 3. in casu enim Baldi testator instituerat duas filias in re certa, & tres masculos constituit hæredes uniuersales, & alio moriente sine filiis substituit superstites, & eorum

Λ eorum